

CAROLVS CLVSIUS

M P A N N O N I B V S

rei herbariae studiosis.

VM Stirpiū, quas his proximè elapsis  
annis, cùm in Pannonia parte, tum  
in Austria, & vicinis quibusdam  
Prouinciis obseruani, Historiam de-  
scriberem: summa etiam mihi cura fuit, ut ea-  
rum facultates (quantum quidem licuit) ab ea-  
rum incolis, tum etiam vulgaria nomina per-  
discerem. Verùm cùm earum duntaxat stir-  
pium historiam describendam sumissim, qua-  
hactenus à nemine obseruata sunt, vel si sint,  
nequaquam tamē, aut saltem negligenter sunt  
descriptæ: paucæ fuerunt quarū vel facultates,  
vel nomina intelligere potuerim.

Consultius itaq. visum est, alias etiam stir-  
pes quæ in Pannonia nascentur, colligere, ea-  
rumq. vulgaria nomina perscrutari, ut vobis  
hac in re, quam maximè possem, gratifica-  
yer. Non defuerunt sanè qui meum hunc labo-  
rem iuuarent: sed omnium maximè doctissi-  
mus vir Dn. Stephanus Beythe, Diuini ver-  
bi prece apud Illustrem Heroem Dominum  
Balthasarem de Bathyan, in ipsius urbe Ne-  
methwywar, qui maximam horum Vngarico-

VNUO

rum nominum partem, pro suo cādore, me edo-  
cuit, dum aliquoties ad perquirendas variis lo-  
cis plātas simul egressi sumus. Huic igitur vos  
accepta referre pār est, que hoc Indice vobis  
propono Vngarica stirpium nomina.

CETERVM, quoniam plerque stirpes su-  
persunt, quarum vulgarem appellationem ne-  
que ab eo, neque à quoquam alio intelligere li-  
cuit: quotquot Pannones in meam Stirpiū hi-  
storiam, vel hunc Nomenclatorem incident,  
oro, ut herbarium hoc studium, quantū in ipsis  
est, promouere apud suos contendant, reliquās-  
que stirpes veris Vngaricis nominibus donare  
non grauentur: & sicuti in iis, que illis hic  
proponimus, recte exprimendis hallucinatum  
est, errores benignè corrigere, ac iis nos commo-  
ne facere, nostros conatus iuuare, nostrumq; ib-  
lis gratificandi propensum studium & volun-  
tatem boni consulere velint. Valete. Viennæ  
Cal. Ianuarij anno reparatæ Salutis huma-  
næ CIC. ID. LXXXIII.

Admonendus vero Lector est, in Vngaricis vo-  
cabulis,

i. } subsequente(y.) tanquam { II. } apud Hispanos,  
n. } ö autem (quemadmodum & apud Germanos) veluti e-  
fere pronunciandum: & cz, vt z,

† 2 STIRP